

6

Ad
Eximium, Prestantiss. atque Doctissimum
DN.

CHRISTIANUM VVEISIUM,

Cum eidem

In Academia Lipsiens.

A. O. R. M. DC. LXIII. D. XXIX. Jan.

solenni ritu

Summi in Philosophia Honores.

Conferrentur

Amica Gratulatio.

Witteberge

Typis JOHANNIS BORCKARDI 1663.

CHRISTIANUM VALERIANUM

Com edem

In Academia Lipsiensi

A. G. R. M. D. C. LXXII. D. XII. Id. Julii

solenniter

Summi in Philosophia Honoris

Amica Gratulatio

Wittenbergae

Typis JOHANNIS BUCHERII



Quid valeat Patris doctrina fidesq; precesq;
Jam tua, mi Weisi pulchra corona docet,
Scilicet à teneris ipsis asvescere multum est,
Virtutis veniunt unde brabea citò.

Non Tibi sunt multi, mi Weisi, temporis anni
Multa at doctrinæ sunt documenta Tuæ.
Hinc mox Ingenium laudant tua publica Scripta,
Moxq; tuum decorat docta caterva, caput.
Non secus ac corpus comitatur mobilis umbra;
Sic quoque virtutem concomitatur honor.

Et veluti gignit glacies liquefacta liquores:
Sic virtus clarum fertque paritque decus.
Totus ego lætor Titulum dum pendo novellum,
Nec mea sic perit, cura laborque; puto.

Eja age, *mi Weisi salve perdocte Magister*,
Sit felix Titulus, sit quoque prosper honor!
Serviat hic Jovæ Titulus Nomenque Magistri
Atque *seni gignat gaudia multa Patri!*
Floreat hæc Laurus seros adolescat in annos!
Atque Tibi atque Tuis commoda multa ferat!

Ita

*ἐκ τῆς ψυχῆς Gradum
Magisterij gratulatur
suo Weisio*

M. Georgius Wagnerus,
Fac. Phil. Adj.

Nunc

Nunc Te, mi Weisi, post rot tentamina tandem
Præmia sudoris laurea ferta manent.

Mitra datur capiti, digitis adjungitur aurum,
Fulgens, atque novum Nomen honosque datur.

Maeste Novo Titulo, Weisi perdocte Magister,
Patria lætetur, gaudeat omnis eo!

Collaudet DOMINUM Nomenque decusque Magistri!
Faxit ut id cunctis commoda multa creet!

Impleat Omnipotens, Patriæ spem vota Parentum,
Sis gratus DOMINO, proficiusque Tuis!

Animitus gratulatur

M. Christianus Kislingius,

Z. L.

